

**XLIII.**

Ex quo ipso quidem firma tandem animorum conjunctio, & sincera Amicitia efflorescit.

**XLIII.**

Jucunda Amicitia jucunditatem spectat, tamq; diu durat, quo ad jucundum mutuo potest percepi. 8. Eth. Nic. 3.

**XLV.**

Vtilis deniq; commodorum gratia contrahitur: quibus quidem utrinq; datis acceptisq; Amicitia viget; non datis langvescit & interit. 8. Eth. Nic. c. 3.

**XLVI.**

Etsi verò definitione antea adducta singulæ hæ species conveniunt: Vnaquævis siquidem benevolentia est mutua ac manifesta: Attamen eadem multis modis, quatuor tamen inprimis, à se invicem dissident.

**XLVII.**

1. Ac primò posteriores duæ, jucunditatis & utilitatis causa conflatae, non propriè per se & simpliciter, sed impropriè ac per accidens solùm sunt & dicuntur Amicitia. 8. Eth. Nic. c. 3. & 4.

**XLVIII.**

Bonum enim ipsis propositum non simpliciter tale est, sed apparens solùm, quod sæpiùs simpliciter bono adversum est quàm maxime. 8. Eth. Nic. c. 3.

**XLIX.**

Ad hæc qui Amicitias illas colunt, illi non per se, sed per accidens solùm, ob affulgentem nimirum vel voluptatem

B

tem

20

3.

Quatuor differentia quibus honesta amicitia distinguitur à jucunda & utili.